quoque misericordie implorando auxilium piis canti-
lenis, desolationis sue atque miserie magnitudinem
exponentes. Mirum dictu! talem penitendi modum non
pontifex summus instituit, non cogitavit predicator
egregius, non persuasit scriba in lege doctissimus, sed
ille solus humilium cordibus inspiravit, qui pie invo-
catus sanat contritos corde et alligat contritiones eorum.
Tunc obmutuerunt musica instrumenta, siluerunt
amatorie cantilene, sola penitentium lugubris cantio
personabat. Tunc discordes ad concordiam reducuntur,
pater manum obsculatur que occiderat filium, rela-
xantur debita, aperiuntur carceres, raptores et usurarii × f. 164!
aliena restituunt. Ita enim contriti cordis amaritudi-
nem dulcedo quedam temperabat immissa divinitus,
ut quasi corporeis oculis intuerentur Christum in cruce[b] a) f. ... b) cruce c.
pendentem ac pro crucifixoribus orantem atque dicentem:
Exemplum enim dedi vobis, ut vos similia faciatis. ¶ Alios
precibus inclinatus redemptor[c] animarum finem malis c) redeptor c.
imposuit. Eçelinus enim dum exercitum parat et
in campestribus Urceorum omnia vastat, astat econtra
Cremonensium exercitus cum Ferrariensibus et Man-
tuanis, Mediolanensium expectans auxilium. Sed
inveteratus dierum malorum, cui M/ ... decipiendi
artes aderant, quibusdam maioribus Mediolanensium
confederatur, ut ab eis Mediolanum accipiat. Itaque
Martino della Turre contra Eçelinum exercitum ducente,
Eçelinus de nocte consurgens, exercitum suum Brixiam
mittit. Secum vero VIII/ ... milia tantum ducit, et sotiatus
proditoribus civitatis Mediolanensis illô properat. Sed
dum hoc Martino innotuit, celeriter rediendo Eçelinum
prevenit. Eçelinus sua intentione frustratus, Cinum-
mercati occupat, hunc ad tempus eligens ad ma-
nendum. ¶ Cremonensium vero et aliorum predictorum
exercitus, cognoscens Eçelini nocturnum discessum,
usque ad fluvium Adua ... ipsum insequitur et iuxta
locum unde transitum fecerat temptoria fixit, pon-
tem et transitum diligenter observans. Cumque exer-
citui Eçelini victualia deficerent, et ab inimicis un-
dique vallaretur, non audens propter multitudinem
cum Mediolanensibus congredi, elegit per viam redire
qua venerat, sperans vel gladiis sibi aperire viam